



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 79. B. Franciscus Salesius ab Alexandro VII. Sancturum fastis adscriptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

uctoritate, jam semel condemnavi hanc Sæc. XVII.
doctrinam, & hujus hominis Personam, A.C. 1666.
necessè est, ut hunc & omnes, qui eum de-
fendunt, ulterius condemnem & insecter:
contra hos adduxit exempla summorum
Pontificum, S. Gregorii Magni, Hilarii,
Paschalis II. Gregorii XI. aliorumque,
qui se Ecclesiæ reprehensioni obnoxios, Christ. Mar-
& fallibiles agnoverunt, hancque in cell. Congr.
rem etiam adduxit, quod summus Pon- Episc. l. I.
tifex in Canonisationum Bullis ita pro- Cærem.
loquatur: antequam ad pronuntiandum Rom. Eccl.
veniamus, protestamur publice apud vos sct. 6.
præsentes, quod per hunc actum canonisa-
tionis, non intendimus aliquid facere, quod
sit contra Catholicam Ecclesiam, aut ho-
norem Dei.

Hic sermo die tertia Novembris
Parisiis a Joanne Payeno Sorbonæ Do-
ctore & Parocho ad S. Genofevam ap-
probatus est, prælique copia Typo-
grapho a Parisiensi Curia die decima
tertia Octobris fuit concessa.

§. LXXIX.

B. Franciscus Salesius ab Alexan-
dro VII. Sandorum fastis
adscriptus.

Jam quintus evolvebatur annus, ex Vid. supra
quo Alexander VII. Franciscum Sa- l. 104. p. 650.
lesium Gebenensem Episcopum Beato- §. 79.

P 4 rum

Sæc. XVII. rum honoribus celebrari indulserat.
 A C. 1666. cum autem nihil deesset eorum, que
 ex S. Patrum auctoritate, & Ecclesiæ
 Bullar. decretis ad ipsa Canonisationis sole-
 magn. Ale- nia requiruntur, hinc idem Pontifex
 xandri VII. ad Franciæ Regis, ejus Matris, &
 Conf. 166. Henrietæ Angliæ Reginæ, necon Bæ-
 variæ & Sabaudiæ Ducum, aliorum
 que preces hoc anno die duodecima
 Maji Beatum hunc Episcopum Sando-
 rum Catalogo adscripsit. Hunc in si-
 nem Apostolicum edidit diploma, in
 quo hunc actum non ex Divina insti-
 tutione, sed duntaxat *juxta laudabilen-*
& veterem Romanorum Pontificum con-
tudinem in Ecclesia fieri profitebatur,
 ac recensitis hujus sancti virtutibus,
 & Apostolico Zelo in hereticis no-
 vi, sed Divini Verbi potentia ad Ec-
 clesiæ sinum revocandis, inter plurima,
 quibus Vir Dei inclinavit, prodigia du-
 taxat duorum mortuorum resuscita-
 nes, quatuor Paralyticorum sanatio-
 nem subitaneam, & unius cæci illumi-
 nationem retulit. His autem rite pro-
 batis, ejus diem festum vigesima nona
 Januarii quotannis recoli concessit.
 Huic Constitutioni duntaxat trigesita
 & octo Cardinales subscripti leguntur.

§. LXXX